

LATINA PRO NĚMČINÁŘE – HODINA VIII.  
EXERCITIONES

Dareus, rex Persarum, bello victus, Alexandro Magno victori opportunas belli condiciones proponebat. Sed Alexander Darei condiciones repudiavit. Tum Parmenio, Alexandri dux, dixit: „Ego si Alexander essem, Darei condiciones acciperem.“ Cui ille respondit: „Ego quoque acciperem, si Parmenio essem.“

Decimus: Utinam veniat! Opto, ut veniat.

Titus: Iam adsum. Salvus sis, Decime. Quid tibi hic negotii?

Decimus: Salvus sis etiam tu, Tite. Operam do, ut modos coniunctivos discam.

Titus: Quem modum coniunctivum hoc ipso tempore discis?

Decimus: Coniunctivum praesentis temporis.

Titus: Statim abeo. Valeas! Cura, ut valeas!

**Conj. pres.**

Edamus, bibamus, gaudeamus, post mortem nulla voluptas.

Non vivo, ut edam, sed edo, ut vivam.

Legum idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus.

Valde opto, ut amici ad me saepe scribant.

Curabo, ne dicere possis me esse pigrum.

Veniemus, ut vobis illas epistulas tradamus.

Certe curabis, ut valeas.

Obstat ira animo, ne possit cernere verum.

**Conj. impf.**

Si iunior essem, peregrinarer.

Nisi boni essetis, felices non essetis.

Aderat idcirco (proto), ne timerem.

Utinam hoc vitium vitarem!

Veni, ut te viderem.

Romani multos deos colebant, ut di eos adiuverent.

Postulavi, ut hoc faceret.

Venistis, ut hic paulum animos relaxaretis.

DOPLŇTE KONJUNKTIVY V ZÁVISLOSTI NA ČASE VĚTY ŘÍDÍCÍ:

1. Bene discimus, ut a parentibus \_\_\_\_\_ (laudari).
2. Bene discebamus, ut \_\_\_\_\_ (laudari).
3. Dux imperat militibus, ut hostem \_\_\_\_\_ (persequi).
4. Mater me orat, ut id \_\_\_\_\_ (facere).
5. Veniemus, ut vobis illas epistulas \_\_\_\_\_ (tradere).
6. Curabo, ut \_\_\_\_\_ (valere).

7. Medicus vult, ut puer ter in die medicamentum \_\_\_\_\_ (accipere).